

De Sacramentis. Cap. I.

5

q. vlt. Quid autem de suspenso ad furcas. Dicit glos. post Host. in cap. ex parte, 2. de sepult. q. talis non debet deponi de furca sine licentia judicis, ipsa autem peccata, & obtenta, quam de facili iudex debet concedere, l. 2. & 3. ff. de cad. tollen. tunc si paenitens fuerit, debet tradi sepulta, d. cap. quæsumus est. Quod di Etiam Host. intellige, si suspensus fuerit in patibulo solito, & deputato, secus si alibi, quia tunc sine licentia posset tolli; quia hoc à iure tunc intelligitur concessum, l. obnoxias, C. de relig. & sumpt. fun. l. quæ sub conditione, §. final. ff. de cond. initit.

Decima. Sacramentum extremæ vñctionis † non debet dari damnatis ad mortem, etiam si petant: quia hoc non reperitur iure cautum, arg. de translat. prælat. c. 2. Item quia sit in pedibus, cum quibus habet itinerari ad locum iustitiae. Item quia debet dari tantum infirmis, de sac. vñct. c. vnic. Ibi, confirmatur quis ex vobis. An vero possit dictum sacramentum iterari, & an deficiente oleo infirmorum, Sacerdos si ungat chrisimate, teneat unctio, & de effectu illius sacramenti videbimus infra de extremavñct.

30 Vndeclina. Sacramenta † ut morientibus denegari non possunt, si petant, per text. in clem. 1. de pœn. an idem procedat in delinquentibus, qui immunitate Ecclesiæ nolunt gaudere, de qua aliqua diximus l. 2. c. 48. nu. 6. & seq. An inquam isti si sponte se iustitia offerant, ministri iustitiae illos detinentes, faciant uolentiam Ecclesiæ. Dic, quod non, per reg. scienti, & consentienti non sit iniuria.

31 Quis autem locus † tribuat immunitatem talibus damnatis, vel criminosis. Dic, quod locus ad diuinum cultum de consensu Episcopi, uel superioris edificatus, quamvis non consecratus, licet nondum sint in eo diuina officia celebrata. Ita Guil. & Imola, in d. Cie. 1. licet Innocen. in c. pen. de immun. Eccles. dicat, q. sit necesse ut sint diuina officia celebrata. Quod puto verū. Secus dicit Innoc. in simplicibus, & priuatis oratoriis,

quamvis sint ibi celebrata officia diuina; quia illa non habent dictum priuilegiū. De palatio autem Episcopi, & statua præfecti urbis, an idem sit quod de Ecclesia, dic, quod in hoc attendi debet consuetudo, prout not. Innoc. in c. inter alia. de immun. Eccles. Sed quid si quis confusus sit ad corpus † Christi, cum defertur in via ad infirmum, an gaudeat immunitate, & per Ecclesiam sit defendendus. Dic quod sic: cum nihil sit minus hoc laetificio, c. nihil. de consecr. dist. 2. Tum et quia si statua præfecti saluat hominem, multo magis corpus Christi, quod est maius, & dignius omnibus. 1. q. 1. c. nulli. Et hoc verum de currentibus ad corpus Christi. Si vero homicidis, vel latronibus in captiuitate existentibus portatur corpus Christi, talibus non subueniuntur, vt à carcere liberentur, licet propter hoc sit iustitia executio differenda, & sic potest intelligi 13. q. 2. cap. quæsumus est. arg. de consecr. dist. 2. c. omnis homo. & cap. tribus: quia in primo casu confugient ad se in libertate reperit, & ipsum saluat: in secundo vero seruum, & captiuorum. Vnde & tales dimittit, ne videatur omnino damnare iustitiam, de hoc per Doct. in cap. sane. de celebr. miss. Moder. in clem. 1. de pœn. & remis. Host. in c. sane. de celebr. miss. qui dicit, quod opinio, quæ se habet, quod confugiens ad corpus Christi, dum defertur in via, sit defendendus per Ecclesiam, & gaudeat immunitate usque ad sanguinis effusionem, ita etiam tenet Archid. & Doct. Anto. in d. c. sane. de celebr. miss.

33 Duodecima. Licet sacramentum penitentiae nulli hominum sit denegandum, 23. q. 4. vbi nulli hominum claudēda est misericordia. Ad idem 42. dist. cap. quiescamus. Hinc Romana Ecclesia dicitur liberalis, c. sedes. in princ. de rescrip. Tamen quandoque non est dandum a gravibus peccatis subito reuertentibus, de paenit. dist. 1. c. in actione. Rursum, nec impenitentibus danda sunt sacramenta: Non enim dādum est sanctum canibus, de pœn. dist. 1. c. nonnulli. Et venia non

est